

NUMMUS VOTIVUS

NICOLAI BARONIS MADRUCII,

Cusus in honorem Caroli. V. ob fœdus Smalcaldicum dissipatum: captos primos eius Proceres:

Anno Christi 1547.



WITEBERGA obsidione cinctâ, Saxonem capitis
condemnat Cæsar: verum Electoris Brandeburgi-
ci deprecatione, impositis durissimis conditioni-
bus, vita ei redonatur. Non multo post Witeberga
ex jussu captivi Joannis Friderici se tradit Cæsari:
qui educto Saxonico præsidio, suorum militum co-
hortes tres intromittit, iisdemque ut & toti oppidi
illius